

Postquam Hostilius mortuus est, nepōs Numae, Ancus Marcius, fit rēx. Marcius, ut Numa, religiōsus est, sed, ut Hostilius, quoque multum bellum gerit.

Quōdam diē, vir Ētruscus, nōmine Lucumō, Rōmam venit. Lucumō ab Ētruscā urbe, Tarquiniā, discēdit quod potestātem vult. Lucumō nōn potest habēre potestātem Tarquiniae quod pater erat Graecus. Lucumō Rōmam it quod uxor, Tanaquil, Rōmam ire vult. Tanaquil auspicia legere potest et Lucumō semper eam audit.

Ut Lucumō Rōmam intrat, magnus avis pilleum rapit et ēvolat. Iam tamen avis redit et in caput Lucumōnis pilleum ponit. Tanaquil clāmat. Auspiciū est! Lucumō potestātem habēbit!

Multī Rōmānī auspiciū vident et ad rēgem Marcium eunt. Marcius celeriter fit amīcus Lucumōnis et appellat eum “Tarquiniū.” Lucumō fit tūtor filiōrum Marci.

Post multōs annōs, Marcius mortuus est. Marcius quattuor et vīgintī annos rēgnat, sed floccī nōn faciō. Quod filiī nōn adultī sunt, Tarquinius fit rēx.

Tarquinius rēgnāvit, et coniūnx eius, Tanaquil, per aulam ambulābat. Subitō servum dormientem vīdit. Tanaquil puerum mīrābātur quod circum caput erant flammae. Statim Tanaquil cucurrit ad ferendam aquam ad servum, sed, postquam rediit, servus stābat et caput nōn est vulnerātum. Tanaquil iam mīrābātur quod erant auspicia!

“Quis es tū?” Tanaquil inquit.

“Mihi nōmen est Servius Tullius. Māter mea, Ocrēsia, erat fīlia rēgis Etrūscī, sed in bellō erat capta. Ocrēsia Rōmam ducta est et serva tibi facta est. Rōmae nātus sum.”

Tanaquil dūxit Servium Tullium ad Tarquiniū quod auspicia vīdit. Sic Servius Tullius factus est amīcus Tarquiniī.

Tarquinius Prīscus erat rēx optimus, et paucī Rōmānī eum nōn amāvērunt. Sed, ubi Tarquinius factus est rēx, filiī Ancī Marcīi puerī fuerant. Iam Tarquinius octo et trīgintā annōs rēgnāvit. Fīliī Marcīi putant, “Pater fuerat rēx et iam ūnus ex nōbīs dēbet fierī rēx.”

Itaque, quōdam diē, filiī Marcīi, dum Tarquinius per urbem ambulat, coepērunt tumultum in quō Tarquinius est vulnerātus. Celeriter Tarquinius ferēbātur ad aulam, sed mortuus est.

Tanaquil tamen est callida. Tanaquil dīxit Rōmānīs Tarquinius nōn esse mortuum, sed vulnerātum, et iussit Servium Tullium rēgnāre in locō eius. Servius Tullius multōs mēnsēs optimē rēgnāvit antequam Tanaquil dīxit Tarquinius esse mortuum. Rōmānī cōnsēnsit Servium Tullium dēbēre esse rēgem.

Postquam filiū Ancī Marcī interfēcērunt Tarquinius Priscum, Servius Tullius erat rēx. Tarquinius Priscus quoque habuit filiōs. Ūnus filius, Lūcius, voluit esse rēx, sed alter, Arrūns, nōluit. Servius nōluit filiōs Tarquiniī interficere eum. Itaque, Servius Tullius dēdit Lūciō filiam prīmam, Tulliam Māiōrem, et Arrūntī filiam secundam, Tulliam Minōrem, in mātirimōnium.

Servius Tullius rēgnāvit optimē quattuor et quadrāgintā annōs, sed inimicōs fēcit. Servius cēnsū instituit et terram, captam in bellō, plēbī dīvisit. Multī patriciī querēbantur quod voluērunt terram.

Tullia Minor, coniūnx Arrūntis, quoque nōn erat laeta. Tullia voluit esse rēgīna, sed, quod pater rēgnābat, nōn poterat. Quōdam diē, Tullia Arrūntī querēbātur, "Nōnne vīs fierī rēx? Pater tuus erat rēx!"

Sed Arrūns respondit, "Nōlō. Servius Tullius est bonus rēx."

Itaque Tullia Minor ad Lūcium iit et inquit, "Nōnne vīs fierī rēx? Pater tuus erat rēx!"

Lūcius respondit, "Volō! Sed soror tua nōn vult esse rēgīna!"

Itaque Lūcius et Tullia Minor coniūgēs interfēcērunt et Lūcius eam in mātirimōnium dūxit. Iam Lūcius multōs patriciōs in Curiam tulit et Servium Tullium invītāvērunt. Postquam Servius Curiam intrāvit, Lūcius et patriciī eum interfēcērunt.

Postquam Servius mortuus est, corpus suum iactum est in viam prope Cūriam et Tullia Minor super corpus raedam ēgit. Lūcius Tarquinius factus est rēx et "Superbus" appellābātur.